



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 9. Admiranda Insulæ Melitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

§. 7. *Admiranda Sardinia recentioris.*

Hic nascitur etiamnum herba olim Sardoniam dicta, nunc *Rianuncula*, vel *Rianuncula*, in fontanis aquis, quæ vescentibus ita contrahit nervos, ut ridere videantur. *Leander*, *Volaterranus*, *Porcarius*, & plerique alij recentiores.

Aquæ inter Montem Regalem, & Fanum S. Ioannis ossa fracta consolidant, Solifugarum venena expellunt, & Ophthalmiam facillimè discutiunt. *Porcarius*.

§. 8. *Admiranda Nova Corsica.*

In Agro S. Bonifacij Cerasi neque crescere, neque unquam ferre fructum potuerunt. *Florauantius in libello de hac Insulâ.*

Prope Niolum valles perpetuis niuibus scatent, & in his indigenæ perhibent latere plurimum Cristalli exquisitissimæ. *Maginus*.

§. 9. *Admiranda Melita recentioris.*

Hæc Insula hodie caret omni serpente, seu reptili venenato, & si hoc importatur statim moritur, ex quo S. Paulum momordit vipera. Alij tamen hic reperiri serpentes volunt, sed absque veneno. Terra autem uniuersa Melitensis contra omnia venena valet, ex quo S. Paulus naufragus ad eam appulit. *Porcarius*, *Botterus*, *Crusius*, *Megisserius*, *Bosius*, & alij.

Item hic in lapidinis reperiuntur lapides efformati in oculos, & linguas serpentum, qui exquisita sunt contra venenum amulenta, & per uniuersam Europam sparsi hoc nullo negotio discutiunt. *Iidem qui supra laudati.*

Diu in hac Insulâ mense Augusto febres pestilentes vigere. Has refundebant quidam in malignitatem aëris: sed demum obseruatum lucem existere, quia tum lina aquis intingebantur: id prohibitum, annis consequentibus disparuere febres. *Bosius in historiâ Melitensi.*

FINIS.